DE ENCEPHALIS DUOBUS IRREGULARITER FORMATIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ATQUE AUCTORITATE GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS MARBURGENSIS

AD SUMMOS

IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ARTE OBSTETRICIA HONORES

RITE DIE XX. MAJI CAPESSENDOS

SCRIPSIT

AMANDUS ARMINIUS FRIDERICUS REHM,

EITERFELDENSE-HASSUS.

ACCEDIT TABULA LAPIDI INSCRIPTA.

MARBURGI CATTORUM MDCCCXLVI.

TYPIS ELWERTI ACADEMICIS.

Summo jure nostris temporibus methodi cujusdam mentio est facta, qua de systematis cerebro-spinalis functionibus certius quam antea ratiocinari possit. Neque vero hic aliam methodum volumus, quam observationem vitiosae formationis encephali, praecipue si forte partes singulae ejus desunt, atque argumenta quae ex ea concludere possumus. Qua de caussa quisque medicus mihi jure excitatus videtur, ut, quum deformitatem encephali, tum praesertim eas res atque functiones vitiosas, quae de eo dependent, et in toto organismo sese ostendunt, quam acuratissime observet et casus, qui eveniant, diligenter describat.

Ac mihi quidem benevolentia domini excellentissimi, professoris atque doctoris *Fick*, qui director anatomici theatri Marburgensis, occasio oblata est duo encephala, quorum formatio est abnormis, describere, et hac ratione aliquid ad doctrinam de encephali functionibus illustrandam addere.

CAPUT I.

Describitur formatio vitiosa encyphalorum duorum.

A. Encephalon alterum describitur.

Alterum illorum encephalorum erat hominis qui Hainae, in hospitio publico mortuus erat, et cujus cadaver ad anatomicum theatrum Marburgense mittebatur; praeterea nuntiabatur, *fatuitate* sola illum, neque vero alio morbo affectum fuisse.

Cranium et tota capitis superficies nihil praebebant extraordinarii.

Medulla spinalis et *hemisphaeria cerebri* quod et ad formam et ad structuram et ad substantiam adtinet, prorsus regularia sunt.

Eodem modo omnes *nervi cerebrospinales* adsunt et proportio eorum normalis.

Tunicae, et *durae* et *tenerae* centri cerebro-spinalis sunt plane regulares, neque minus decursiones *vasorum*, et carotidum et vertebralium intra cavitatem cranii.

At si basin encephali exemti contemplati sumus, statim videmus *cerebellum*, *pontem Varolii* et *medullam oblongatam* permultum sub normali magnitudine esse minuta, praeterea, si accuratius perspexerimus has partes, nullam quidem partem singularem deesse videbimus, neque cerebelli, neque pontis Varolii, neque medullae oblongatae, at vero haec organa in se ipsis minuta, atque quasi tabuisse, et quidem in certa justa inter se proportione.

Observantibus nobis has tres partes abnormes singulatim, hoc sese praebet:

1) *Medullae oblongatae* omnes partes minime esse minutas, sed vero potius *pyramidalium corporum*, *restiformium corporum* magnitudinem esse penitus normalem, modo *corpora olivaria* esse miro modo minuta. Sed forma gracilis et tenuis *medullae oblongatae*, quae quidem in universo suam regularem, deorsum mutilatam cunei formam continuit, et forma *corporum pyramidalium*, quae est in adversa parte complanata, aut ex parvitate aut ex defecto quasi, *olivarium corporum*, exitum *medullae oblongatae* tumefacientium, explicatur.

In *fissura longitudinali anteriore* irregularitas perspici non potest, et suo loco interiores fibras *medullae spinalis*, videmus ex altero latere ad alterum transgredi. *Corpora pyramidalia* quoque plane ostendunt fibras longitudinales ex quibus existunt.

Vix tertia pars ejus voluminis, quo corpora olivaria sub corporibus pyramidalibus prominere solent, nunc adspici potest; longitudo ipsa normali paene par, at diameter transversa, pro normali, quae $2\frac{1}{2}$ usque ad $3'''$ amplectitur, tantum paululum plus quam $1'''$ continet. Margo superior qui circiter $1'''$ a ponte Varolii abesse debet, $2'''$ hic est remotus.

2) *Pontis Varolii* diametrum transversam regulari (15—$18'''$) hoc in casu paene prorsus esse parem; at diametrum longitudinis pro regulari ($1''$) hic solum $8\frac{1}{2}$ lineas complecti. Superficies adversa, ut plerumque, aliquid est convexa, impressio pro arteria basilari adest, simulque fibrae transversae sunt perspicuae. Crura ad cerebrum ostendunt sese, ut plerumque solent duas, magis latiores quam crassas, rotundas, secundum longitudinem sulcatas restes, quae ut semper ex margine anteriore pontis divergunt. Animadvertendum est, diametrum longitudinalem *pontis Varolii* si comparamus cum transversa multo breviorem videri. Praeterea ejus qualitas est normalis.

3) *Cerebelli* maciem autem maxime esse perspicuam. Omnes partes cerebelli, et eae hemisphaeriorum vermisque, et crura cerebelli adsunt. *Sulcus horizontalis Reilii* dividit ut semper et hic, totam peripheriam cerebelli circumdans, hoc in superius et inferius dimidium; *vallecula* autem idem in dextrum et sinistrum. In superiore superficie, quae est cerebro adversa, abnormitatem formae non videmus, at vero abnormitas adest in inferiore, quae est basi cranii adversa. Pro consueta convexitate magnam hic quasi declivitatem invenimus, quae a marginibus exterioribus lineas nonnullas remota, quo loco maximam altitudinis cerebelli diametrum habemus, oritur, et ad medium magis magisque crescit.

Numerus loborum et lobulorum hic penitus est regularis, contra volumen multo minus quam normale. Lobuli concentrice arcuati hemisphaeriorum *cerebelli*, qui in inferiore superficie perspiciuntur, et qui a parte antica et externa ad posticam et internam in arcubus magis magisque crescentibus currunt, plane cognosci possunt; modo convexitas horum lobulorum in posticam et exteriorem partem non ita est perspicua. Diameter transversa cerebelli si normalis est, $3''$ $6'''$ usque ad $4''$ complectitur; diameter longitudinalis $2''$; diameter altitudinis $1''$ $6'''$ usque ad $2''$. Contra nostrum cerebellum has proportiones praebet: diameter longitudinis com-

plectitur 1″ 7‴, diameter transversa 2″ 10‴, diameter altitudinis 7‴. Qua ex ratione sequitur, ut diameter transversa non tanto major sit, quanto diameter longitudinis, sicut in cerebello normali. Singulae partes *cerebelli* propter magnitudinem inter sese in proportione justa sunt.

Huic addendum est, quod *arachnoidea* cerebelli tanta est, quanta normali cerebello sit opus, *pia mater* autem cerebellum ipsum obducit eique anguste adjacet, qua re cavus locus, sero plenus, inter *arachnoideam* et *piam matrem* est ortus, in quo magna vasa ab *arachnoidea* ad *piam matrem* et vice versa currunt, et in quo sacco *cerebellum* sicut nux cassa in suo putamine inest.

Et in *medulla oblongata, arachnoidea*, super profundum locum, qui per *olivaria corpora* minuta inter *pyramidam* et *corpus restiforme* formatur, admodum plane et stricte tenditur ita ut et hic locus sero impletus esse debuerit.

Regularem qualitatem praebent partes cerebri in basi, quae sunt: *crura* s. *pedunculi cerebri*, quae jam antea quum de ponte esset sermo, commemoravimus, *substantia perforata cinerea, corpora mammillaria, tuber cinereum* cum *infundibulo* et *glandula pituitaria, chiasma nervorum opticorum* et *lamina cribrosa*; tum partes cerebri inter utraque hemisphaeria, ut: *corpus callosum, septum pellucidum, fornix;* eodemque modo utraque hemisphaeria cerebri omnino abnorme nihil declarant. Tum qualitas *ventriculorum* et primi, et secundi et tertii abnormitate non utitur, sed forma eorum normalis est, omnesque partes, quibus ii circumdantur, adsunt. Itaque in *ventriculis lateralibus* praeter jam commemoratas partes, quae et ad hunc locum spectant, justa invenimus *corpora striata, thalamos nervorum opticorum, stria cornea, pedes Hippocampi majores* et *minores*, simulque *plexus chorioideos laterales.* Eadem ratione *tertius ventriculus* partesque ex quibus existit nihil abnorme demonstrant; *commissura anterior mollis* et *posterior* adest normalis, neque minus *lamina terminalis, aditus ad infundibulum* s. *vulva* et *aditus ad aquaeductum Sylvii* s. *anus*, denique et *plexus chorioideus tertius.* Tum eae partes, quae intervallum inter tertium et quartum ventriculum reddunt, ut *glandula pinealis* et *corpora* s. *eminentia quadrigemina.*

Et *ventriculi quarti* abnormitas sola ea est, quod deminutio *cerebelli*, quod eum tegit, ad ejus magnitudinem aliquid valet. *Dura* et *mollia tegumenta* cerebrum, ut justum est, circumdant, et praecipue nullo loco *arachnoideam* a *pia matre*, majore intervallo divisam videmus, quam ex regula esse debet.

Sed, quum ille locus cavus, qui parvitate *cerebelli* et *medullae oblongatae* erat ortus, sero, ut jam vidimus, inter *piam matrem* et *arachnoideam* erat expletus, efficitur, ut cavitas cranii, quoque versa, recte impleatur.

Ex iis, quae diximus, apparere mihi videtur, abnormitatis causam hujus *encephali* solum in nonnullis partibus inesse et in parvitate quidem nonnullarum partium, quae sunt: *cerebellum, pons Varolii, corpora olivaria* medullae oblongatae, quum solum his forma in universo gracilis medullae oblongatae efficitur.

B. Encephalon alterum describitur.

Encephalon alterum erat magni, robusti cadaveris, quod ex hospitio publico Hainae, ad anatomicum theatrum Marburgense erat missum.

Quum medicus hospitii de hoc cadavere esset interrogatus, referebat, illum hominem minime *dementia* fuisse affectum, multo magis propter *paralysin* sinistri brachii, qua prima ex pueritia patiebatur, in hospitium receptum fuisse.

Erat autem totum cadaver satis bene formatum et robuste excultum, simulque in satis bene evoluta musculorum formatione nihil cognoscebatur, quo paralysis posset concludi. Neque minus erat sinistrum quam dextrum brachium excultum. Tum et nervi plexus brachialis acurate sunt praeparati, at vero et ita paralytica extremitas superior alteri quae non paralytica erat, prorsus par inveniebatur. Neque in capite omnino videbamus aliquid abnorme, neque in cranio aliquid extraordinarii. *Dura mater* erat regularis.

Contra, statim, si basis encephali excepti, quod in universo et forma et substantia bene et valide est excultum, perspicitur, magnum defectum adesse cognoscimus.

Medulla oblongata cunei formam sibi servavit, et in sinistro latere partes ejus ut *pyramidale corpus*, *olivare* et *restiforme*, bene normaliterque sunt excultae; eodemque modo restes posteriores medullae oblongatae universae adsunt et, ut justum excultae. At in dextro latere statim paene totum defectum *pyramidae* videmus, de qua, quasi rudimentum, perpaucae fibrae longitudinales super *olivare corpus* ad *pontem Varolii* currunt. *Oliva* ipsa bene normaliterque exculta, sed propter grandem defectum pyramidae paene tota est nudata; ceterae partes hujus lateris medullae oblongatae sunt regulares.

Fibrae utriusque dimidii medullae oblongatae suo loco, crucis forma instar, ex altero latere ad alterum transgrediuntur; *fissura longitudinalis anterior* aliquid est distorta. Omnes cum *medulla oblongata* conjuncti nervi adsunt, normaliterque exculti. Quam ob rem *medullae oblongatae* abnormitas intra defectum pyramidalis corporis et imparem formam alterius dimidii, hanc ob rem ortam, coërcenda est.

Cerebelli et forma et magnitudo normaliter est exculta, omnesque singulae ejusdem partes regulares adsunt. In inferiore superficie convexitas tanta, quanta regula postulat, et *sulcus horizontalis Reilii* et singuli concentrici ordines hemisphaeriorum *cerebelli* perspicui sunt. *Vallecula* sicut *incisura posterior* normalis. Loborum et lobulorum omnium quum numerus tum volumen regularis est.

Pia mater atque *arachnoidea* et *medullam oblongatam* et *cerebellum* tegunt, ut fieri debet.

Cerebellum igitur prorsus normale dicere possumus.

Pons Varolii inferiorem habet superficiem, quae per transversum et longitudinem convexa, in media autem parte sulco longitudinali est impressa, sicut normalis qualitas hujus partis demonstrat. Nostro tamen in casu statim videmus, restes longitudinales, quae subter fasciculis transversis dextri lateris pontis ad *centrum semiovale Vieussenii* currunt, magis magisque crescentes, *pedunculos cerebri* efficientes, *pyramidarum* radiationem in cerebrum significantes, maxime esse defectas; qua caussa efficitur ut totus *pons* et omnino cerebri basis distortam habet speciem. Sulcus longitudinalis *pontis*, qui in cerebri baseos media linea decurrere debet, in ea parte, quae proxima est medullae, incidit in hanc lineam mediam, at in adverso fine *pontis* fere 2‴ versus dextrum latus discedit. Qua distortione in dextro *pontis Varolii* dimidio forma paene trianguli efficitur. Superior sive posterior superficies *pontis* est regularis. Nervorum paria,

quae in *ponte* exstant universa adsunt, eorumque forma et magnitudo satis exculta. Et in tegumentis cerebri hoc in loco quoque nihil videmus irregulare, et in *tunica arachnoidea* et in *pia matre*. Qua de caussa abnormitas *pontis Varolii*, partim in distortione, partim in dextri dimidii formatione, quae trianguli est proxima, est habenda.

Cerebri ipsius dimidium sinistrum prorsus normale invenimus, et *sinistrum hemisphaerium* cum tribus suis lobis normalem habet magnitudinem et formam et substantiam et structuram. Tum in sinistro latere, et regulares quidem, adsunt: *crus cerebri, corpus mammillare*, eodemque modo *substandia perforata cinerea*, *lamina*que *cribrosa*. Porro *tuber cinereum* regulare, at vero *chiasma nervorum opticorum* est distortum et eadem obliquitate mediae lineae praeditum, cujus obliquitas et ad situm *glandulae pituitariae* et *infundibuli* aliquid videtur valere.

Praeterea *corpus callosum*, *septum pellucidum*, *fornix*que *normales*.

Qualitas sinistri *ventriculi* lateralis et earum partium, quibus circumdatur a regulari cerebro non est diversa.

Item, tertius cerebri *ventriculus* et partes circumcludentes, quae omnes adsunt, nihil abnorme praebent.

Pariter eae partes quae intervallum inter tertium et quartum *ventriculum* effiiciunt, omnes ita conspicuae sunt, ut regula postulat.

Et quarti *ventriculi* ipsius abnormitatem non videmus.

At vero in dextro dimidio cerebri prorsus profundissima pars medii lobi dextri *hemisphaerii* deest, quae in *fossa Sylvii* cum parte laterali *corporis callosi*, in profundo abdita, convertitur et *ventriculos* laterales claudens, cum radiis lateralibus *pedunculi cerebri* conjungitur.

Pedunculus cerebri ipse autem lateris dextri minor est et minus excultus quam alter pedunculus. Hic lateralem medullae radiationem defectae stirpis cerebri deesse possumus cognoscere, ita ut dexter *ventriculus* lateralis apertus videatur, et quidem hoc modo, ut eas partes, quae in cerebri basi, in superiore parte stirpis cerebri sitae sunt, ut *corpus striatum*, *thalamum nervi optici*, et supra marginem lateralem *corporis callosi* videre possimus. Praeterea dexter *ventriculus* lateralis prorsus est regularis.

Qui permagnus defectus dextri *hemisphaerii* non est *arachnoidea* prorsus clausus, ut in eo casu, sub littera A descripto, in cerebello vidimus, sed solum nonnulla rudimenta restiformia *arachnoideae*, quae vasa magna, praecipue *arteriam fossae Sylvii* continent, hunc defectum transiliunt, ita ut inter haec rudimenta interior superficies *ventriculi lateralis dextri* clare inspici possit. Secundum margines et angulos hujus aperturae vel defectus *arachnoidea* ab cerebri superficie non impedite in tegumentum *ventriculi* et ejus *plexum chorioideum* transit.

Pia mater anguste cerebro undique adjacet. Praeter locum commemoratum et *arachnoidea* nullo in loco cerebri abnormitatem praeterea praebet.

In superficie cerebri superiore utraque *hemisphaeria*, et quod attinet ad magnitudinem, et ad formam convexam, a regula non discedunt.

Decursus *vasorum* et arteriarum et venarum intra cranii cavitatem normalis.

Abnormitas hujus *encephali*, quod contemplati sumus, ex antecedentibus sequitur ut in his insit: quod *pyramidae* dextrae quasi rudimentum tantum adest, tum quod *pons Varolii* et *linea media cerebri* distorti, deinde causa est tenuitas *pedunculi cerebri dextri*, et defectus lateralis

radiationis ejus, et apertura dextri *ventriculi* hac de causa orta; denique defectus *arachnoideae*, defecto dextri *hemisphaerii* cerebri conveniens.

CAPUT II.

Sed ut ad encephala utraque, quorum abnormitatem nunc descripsimus, physiologicas nonnullas observationes annectere possimus, sententias physiologorum recentium de centri systematis nervorum functionibus in memoriam reducamus erit necesse.

Medulla spinalis et ejus separatae functiones nobis hic non sunt observandae, quum proposito nostri operis, quod est: aliquid ad doctrinam partis functionum centri cerebro-spinalis, doctrinam de encephali effectionibus dicimus, illustrandam addere, non ita satis conveniat.

De illis functionibus quae *encephali* soli tribuuntur, praecipue hanc sententiam viri docti posuerunt, dicentes: *encephalon* fontem esse intellectualium actionum, sedemque omnino animi functionum; quam rationem *Bock* [1]), *Müller* [2]), *Volkmann* [3]), *Magendie* [4]), *Burdach* [5]), *Marshall-Hall* [6]), *Kürschner* [7]), *Valentin* [8]); alii sequuntur.

---

1) *Bock* [vid. Handbuch d. Anatom. d. Mensch. B. II. pag. 74.] „*Die Seele ist nur durch die Organisation des Gehirns thätig, uud nur im Gehirn ist Bewusstsein, Vorstellung, Gedanke, Wille, Leidenschaft möglich.*“

2) *Müller*: vide adnotationem decimam.

3) *Volkmann* [vid. Wagner physiol. Wörterbuch B. 1. p. 572] „*Das Gehirn scheint in den höheren Thierclassen, wenigstens das ausschliessliche Organ aller bewussten Lebensthätigkeit zu sein.*“

4) *Magendie* [cf. Handbuch d. Physiol., *aus dem Französ. von* Heusinger B. 1. p. 195]: „*die Verrichtungen des Gehirns im thierischen Organismus sind äusserst zahlreich und wichtig. Es ist das Organ unserer geistigen Thätigkeit* . . . . .“

5) *Burdach.* [vid. Bau und Leben des Gehirns B. I. p. 91]: „*bei den eigentlich willkürlichen Bewegungen geht der Impuls von dem Gehirn aus.*“

et porro cf. lib. cit. pag. 149: „*das kugliche Gehirn ist das Herrschende, Bestimmende, das längenförmige Rückenmark das Untergeordnete, Leitende, jenes verhält sich zu diesem wie Sensibles zu Irritablem, wie Innerliches zu Aeusserlichem.*“

6) *Marshall-Hall*, editio Kürcschner pag. 5. dicit: „*der Wille dessen Organ das Gehirn ist* . . . . .“

7) Ibid. pag. 97: „*Mit gutem Grunde darf man annehmen, dass das Gehirn der Sitz der Seele und der intellectuellen Fähigkeiten ist.*“

8) *Valentin* [cf. Lehrbuch d. Physiol. d. Mensch. B. II. pag. 820.]: „*die geistigen Thätigkeiten, deren materiellen Vermittler das grosse Gehirn vorzunsweise oder ausschliesslich bildet, zerfallen rücksichtlich der Ausdehnung ihrer Wirkungen in zwei ziemlich scharf geschiedene Abtheilungen. Das ruhige Verstandesdenken beschränkt sich nur auf das Gehirn* . . . . .“

At alia sententia *Bichat* et *Nasse* utuntur [9]), qui vim hanc *encephali* quidem non negant, tamen et aliis organis ut abdominis et thoracis aliquam vim in animi functiones vindicare student. *Müller*que [10]) sedem animi solo in cerebro esse, directe non obtinet et *Legallois* [11]) medullam spinalem unicam sedem sensus et actionum liberarum trunci putat. Sed hoc putare possumus firmum esse: omnes auctores *encephalo* principatum quidem quum in nervorum systemate, tum praesertim in centro cerebro-spinali vindicare.

Quibus praemissis ad multo infirmiorem partem in doctrina functionum encephali transibo, functiones dico singularum encephali partium. Sed de funtionibus ad certas partes encephali praecipue annexis dicere liceri, argumentis probare non est opus, at hoc quisque intelligit de functionibus, de facultatibus et qualitatibus tam definitis, ut Gall in systemate suo obtinet, minime sermonem esse posse.

Quales functiones singulis membris et partibus centri cerebro-spinalis tribuendae sint, jam multi exquirere conabantur. Sed si totam hanc doctrinam etiam levissime tantum attigimus statim adhuc nihil plane firmi esse adeptum videbimus; imo hanc partem physiologiae nervorum studentibus nobis, saepe diversissimae sententiae de eadem parte centri cerebro-spinalis occurrent.

Nostro in libello modo excellentissimas et maxime vulgatas sententias de singulis partibus centri cerebro-spinalis, quas nostri clarissimi physiologi posuerunt, continenter exponemus. Et primo qualis de *cerebro* sit sententia videbimus.

Cerebrum.

Ea sententia, ex qua *cerebro* animi functiones alteriores efficiuntur, maxime vulgata videtur esse.

Hemipheria cerebri porro multi scriptores sedem esse altiorum functionum, voluntatis et

---

9) *Bischat* et *Nasse* [cf. Müller Handbuch d. Physiologie B. I. pag. 711] „*erkennen an, dass das Gehirn der Sitz der höheren Seelenverrichtungen sei, behaupten aber gleichwohl, dass auch andere Organe z. B. die des Unterleibs und der Brust eine gewisse Beziehung zu den Seelenverrichtungen haben.*“

10) *Müller* [cf. lib. citat. pag. 713]: „*Wenn wir aus theils vergleichend anatomischen, theils aus physiologischen und pathologischen Gründen mit Bestimmtheit anerkennen müssen, dass der Sitz der Seelenwirkungen im Gehirn und keinem andern Theile ist, dass die Nerven diese Wirkungen anregen und vermöge ihrer Kräfte ausführen, und dass alle übrigen Theile die Wirkungen der Nerven erfahren, so ist damit nur bewiesen, dass die Seele durch die Organisation des Gehirns wirkt und thätig ist, es ist aber nicht damit behauptet dass ihr Wesen blos seinen Sitz im Gehirn hat.*“

11) *Legallois* [cf. Marsh. Hall. lib. cit. pag. 1 et 2.]: „*die Lebenseigenschaften des Rumpfes sind vom Rückenmarke abhängig, die jedes einzelnen Theiles hängen speciell von dem Theile des Rückenmarkes ab, der ihn mit Nerven versorgt. Es ist sogar leicht, dass vom Rückenmarke allein und keinem andern Organe die Empfindung und willkürlichen Bewegungen ausgehen.*“

sensuum actionum putant; sunt enim *Flourens*[12]), *Bock*[13]), *Müller*[14]), *Cuvier, Longet*)[15], *Valentin*[16]); alii.

Contra alii adsunt, qui *hemispheria cerebri* quidem ad altiores et animi et sensuum actiones valere putant; at non eo modo, ut illi auctores, qui hoc organum solum valere id dicunt. Quam rationem sequitur *Magendie*[17]) tum quoque *Volkmann*[18]) et *Desmoulins*[19]), qui et

---

12) *Flourens* [vid. Wagner lib. cit. p. 579]: . . . . „*dass die grossen Hemisphären nicht nur der Sitz der höheren seelischen Vermögen: der Einbildungskraft, des Urtheils, der Erinnerung, sondern selbst des Willens und der Sinnesthätigkeit wären.*"

13) *Bock.* [lib. cit. pag. 74]: „*die Hemisphären des grossen Gehirns sind obgleich nicht empfindlich doch der Sitz der höheren Seelenthätigkeiten.*"

14) *Müller* [cf. lib. cit. pag. 729]: „*Offenbar sind diese Theile (die grossen Hemisphären) der Sitz der Seelenfunctionen, der Ort wo die Empfindungen nicht blos bewusst werden, sondern auch zu Anschauungen, Vorstellungen umgeschaffen, und von wo aus die Seelenthätigkeit bald mehr diesem bald jenem Theile der sensoriellen Einwirkungen sich zuwendet.*"

Idem pag. 722: „*die Aufmerksamkeit scheint eine Thätigkeit der Hemisphären des grossen Gehirns zu sein, mit ihrem Verluste tritt Stumpfsinn ein, die Empfindung bleibt.*"

15) *Longet* [cf. Anatom. et Physiolog. du système nerveux de l'homme, Tom. I. pag. 653]: „et nous répéterons, avec Cuvier, qu'il est [le cerveau proprement dit] la partie de l'encéphale où toutes les sensations prennent une forme distincte, en y laissant de traces et des souvenirs durables, qu'il sert, par conséquent, de siége à la mémoire, propriété au moyen de laquelle il fournit à l'animal les matériaux de ses jugements et de ses déterminations."

Idem [cf. l. cit. pag. 662]: „dans les lobes cérébraux surtout, se trouvent les conditions matérielles de l'intelligence, des sentiments et des instincts."

16) *Valentin* [vid. lib. cit. pag. 816]: „*die höheren geistigen Thätigkeiten bedürfen nun vorzüglich der Vermittlung einer Abtheilung des centralen Nervensystems, nemlich des grossen Gehirns, und hören sobald dies entfernt ist, auf. Einzelne Regungen anderer Art, ... verbleiben noch dem Thiere . . . . die blosse Auffassung der Sinneseindrücke kann wahrscheinlich ebenfalls ohne Grosshirnhemisphären, ihre geistige Verarbeitung dagegen nicht ohne sie bestehen.*"

17) *Magendie* [cf. Wagner lib. crit. pag. 579]: „*Eine Ente der das grosse Gehirn genommen frass nicht nur selbstständig, sondern suchte und fand auch den Ort, wo ihr Futter und Wasser gewöhnlich vorgesetzt wurden; sie schien so viel zu sehen, dass sie einigermassen im Stande war sich zu finden.*"

Idem [cf. Magendie edit. Heusinger B. I. pag. 200]: „*Es ist ausgemacht, dass der Sitz der Empfindung nicht in den Hemisphären des grossen und kleinen Gehirns ist.*"

18) *Volkmann* [cf. Wagner lib. cit. p. 580): „*24 Stunden nachdem ich einem Frosche die grossen Hemisphären genommen, hüpfte das Thier in der Stube umher und schien die Absicht zu haben sich unter einem Schranke zu verbergen, dem es sich immer von Neuem zuwendete, auch wenn es mit dem Fusse zurückgestossen, oder mit der Hand umgewendet wurde. In einen grossen Topf gesetzt sprang das Thier nicht vorwärts, sondern aufwärts der Oeffnung zu, als ob es sehen könne.*"

Idem, dicit ibid.: „*Unverkennbar ist, dass bei Thieren, welche in psychischer Hinsicht minder begünstigt sind, auch das grosse Gehirn in seiner Entwicklung zurückbleibt, und den Formen, welche im Embryoleben des Menschen vorkommen, näher tritt.*"

et porro: „*Aus . . . scheint zu folgen, dass das grose Gehirn für die Seelenthätigkeiten von besonderer Bedeutung, jedoch nicht ihr ausschliessliches Organ ist.*"

et porro vid. pag. 588: „*Geruch, Gesicht und Gehör schwinden bei Verletzung der Hemisphären noch leichter als das Tastgefühl, und kehren nicht so leicht als dieses wieder, wenn das Thier am Leben bleibt.*"

19) *Desmoulins* [cf. Wagner lib. cit. ibid.), *Desmoulins behauptet, dass Frösche nach Entfernung der Hemisphären noch zu sehen vermögen.*"

exempla proferunt, quae sententiae supra descriptae contradicunt. Et *Cruveillhier* quoque casum aliquem narrat, ubi, quamquam atrophia alterius *hemisphaerii* cerebri alicujus viri aderat, functiones ipsae animi non erant impeditae.

Quod ad sensum comunem attinet et *Longet* [20]), et *Flourens* [21]), eundem ad *hemisphaeria cerebri* annectere velle non videntur, quod et *Magendie* [17]) confirmat. Aliam vim autem *Bouillaud* [22]), hemisphaeriis vindicare studet, ad motionem scilicet, hanc vero sententiam *Longet* [23]) et *Magendie* [24]) refellere student.

Attamen exploratum videtur esse, singulas *cerebri* partes permagnam vim ad motionem voluntariam habere, quae effectio maxime regioni *corporis striati* et *colliculorum opticorum* adscribitur; sunt *Valentin*, *Saucerotte*, *Serres*, *Foville* [25]), alii, qui hoc dicunt.

Tum a *Descartes* [26]), alia sententia est posita, qui sedem animi in *glandula pineali* et *hypophysi* inesse dicebat; *Müller* et *Burdach* [27]), et *Valentin* [28]), contradicunt huic opinioni.

Reil [29]), divisionem *trabis* et *fornicis*, ad adhibendas animi functiones esse supervacaneam dicit; *La Peyronnie* [30]) contra, *trabe* violata, memoriam deminutam esse observabat.

Doctrina de aliis cerebri partibus parum firmas habet rationes, qua de caussa hic praeter mittere volumus.

---

20) *Longet* [vid. lib. cit. pag. 645]: „chez les animaux, la sensibilité générale persiste malgré la soustraction des deux lobes cérébraux.“

21) *Flourens* [vid. Recherch. expérim. sur les propr. et les fonctions du syst. nerveux pag. 79. in nota]: „L'animal qui a perdu ses lobes cérébraux n'a par perdu sa sensibilité, il a conserve tout entière; il n'a perdu que la perception de ses sensations.“

22) *Bouillaud* [vid. Traité de l'encéphalite pag. 279): „Il est évident que si cet organe n'était composé des plusieurs centres moteurs ou conducteurs du mouvement musculaire, il serait impossible de concevoir, comment la lésion d'un de ses points entraînerait la paralysie d'une partie donnée du corps sans porter aucune atteinte aux mouvements de toutes les autres parties.“

23) *Longet* [vid. lib. cit. pag. 654): „Les lobes cérébraux sont loin d'exercer sur les mouvements volontaires une influence aussi immédiate, dans toutes les espèces animales, que dans la nôtre.“

24) *Magendie* [vid. edit. Heus. T. I. pag. 343): „*die Willkürlichkeit der Bewegungen hängt also keineswegs von den Hemisphären allein ab wie ein französischer Physiolog behauptet.*“

25) Vide *Valentin* lib. cit. pag. 810, 811 et 812.

26) *Descartes*. Müller [lib. cit. pag. 734] ait: „*die Bedeutung der Hypophysis und der Zirbeldrüse sind so gut wie gänzlich unbekannt. Descartes Hypothese, dass der Sitz der Seele in der Zirbel sei, ist längst vergessen und aufgegeben!*“

27) *Burdach* [cf. lib. cit. Tom. III. pag. 467]: „*die Zirbel zeigt sich nach Georget's Errfahrungen (bei Geisteskranken) selten verändert.*“

28) *Valentin* [cf. lib. cit. pag. 813): „*die Entfernung der Zirbel, des Trichters und Hirnanhangs erzeugt gar keine Folgen, die zu irgend einem Schlusse über die Thätigkeit derselben Veranlassung geben könnten.*“

29) Vid. *Reil* Archiv Tom. II. pag. 431.

30) Vid. *Müller* lib. cit. pag. 731.

Mesencephalon.

Tum ad functiones earum partium encephali transeamus quas nomine »*mesencephali*« significantur et primum quidem opiniones nonnullas de functionibus quae ad *medullam oblongatam* ejusque partes spectant, ab multis auctoribus in medium prolatas hoc loco exponamus.

a. Medulla oblongata.

Medullam oblongatam eam partem *mesencephali* esse, quae prae ceteris omnibus, mechanismum respirationis regulet, confirmant, *Bock* [31]), *Legallois* [32]), *Percy* [33]), *Longet* [34]), *Serres* [35]), *Müller* [36]), *Volkmann* [37]), *Valentin* [38]), *Marshall-Hall* alii.

Rostock, *Philip* et *Brachet* [39]) respirationem tantum a pneumogastrico nervo dependere putant, quem nervum sensus aestimant.

Medullam oblongatam praecipue ad actionem cordis valere confirmant, *Burdach* [40]), *Ser-*

---

31) *Bock* [cf. lib. cit. pag. 74] dicit de medulla oblongata: „*dass es die Quelle aller Athembewegungen, der Sitz des Willenseinflusses und Empfindungsvermögens ist.*"

32) *Legallois* [Oeuvres complètes, avec de notes de M. Pariset T. I. p. 64.] dicit: „Ce n'est pas du cerveau tout entier, que dépend la respiration, mais bien d'un endroit assez circonscrit de la moelle allongée, lequel est situé à une petite distance du trou occipital, et vers l'origine des nerfs de la huitième paire."

33) *Percy* [cf. Longet lib. cit. pag. 393]: „Percy, dans son rapport à l'Institut, n' hésite-t-il point á affirmer que le premier mobile, le principe de tous les mouvements inspiratoires a son siége vers cet endroit de la moelle allongée, qui donne naissance aux nerfs de la huitième paire."

34) *Longet* lib. cit. pag. 408: „le bulbe rachidien, premier moteur du mécanisme respiratoire, et en quelque sorte le foyer de la vie chez l'homme et chez les animaux supérieurs; de plus il concourt à transmettre les impressions et le principe des mouvements volontaires."

porro dicit idem pag. 391: „Mais, le bulbe n'est pas, comme la moelle épinière, un simple conducteur des mouvements respiratoires, il est, au contraire, le foyer central et l'organe régulateur de ces mouvements de conservation."

35) *Serres* dicit [cf. Anatom. comp. du cerveau T. II. pag. 717]: „L'olive est excitateur des mouvements du coeur; les corps restiforme, excitateur de la respiration pulmonaire. Le cordon qui sépare ces deux faisceaux est excitateur de l'estomac."

36) *Müller* [cf. lit. cit. pag. 719] dicit de medulla oblongata: 1) „*es ist die Quelle aller Athembewegungen.* 2) *Es ist der Sitz des Willenseinflusses.* 3) *In diesem Organe ist auch der Sitz des Empfindungsvermögens.*"

37) *Volkmann* [cf. Wagner lib. cit pag. 591]. „*die unwillkührlichen Bewegungen des Athmens gehen vom verlängerten Mark aus.*"

38) *Valentin* [cf. lib. cit. pag. 299]: „*Es bildet mithin das verlängerte Mark und kein Theil des Rückenmarkes oder des grossen und kleinen Gehirns das Verbindungsglied, welches die einzelnen Athmungsmuskeln zu einer harmonischen Thätigkeit zusammenknüpft.*"

et porro *idem* dicit ibid. pag. 798: „*dieser wichtige Einfluss des verlängerten Marks hat darin seinen Grund, dass es alle automatischen Bewegungen der Ein- und Ausathmungen regulirt.*"

39) cf. *Marshall-Hall* ed. Kürschner pag. 88.

40) *Burdach* dicit [Bau und Leben des Gehirns §. 879]: „*das verlängerte Mark ist endlich der Centralpunkt aller Hirnnerven, welche mit pem Gefässsystem in näherer Verbindung stehen....*"

et porro dicit ibidem: „*und da seine Nerven auch mit den Brustnerven in der vielfachsten Verbindung stehen, so muss seine Thätigheit mit dem Gefässleben inniger zusammenhängen als die eines andern Hirntheils....*"

res [35]), *Longet*, *Budje* [41]). *Marshall-Hall* [42]) autem exempla hanc sententiam refellentia profert.

Alii credunt *medullam oblongatam* organum id esse a quo motiones voluntariae et involuntariae organismi dependent sunt autem, *Longet*, *Magendie* [43]), *Valentin* [44]); at alii motionem a *medulla oblongata* egredientem reflectoricam tantum habent, ut *M. Hall*, *Graigner*, *Kürschner* [45]).

Bock [31]) ei vim et ad voluntatem et ad sensum tribuit, quam sententiam *Müller* [[36]) et [46])] et *Volkmann* [47]) sequuntur; *Valentin* [48]) autem iis contradicit.

Quod ad sententias de singulis *medullae oblongatae* partibus attinet, *Budje* [41]), *pyramidae* soli adscribit vim ad cordis actionem, quam vim *Serres* [35]) *olivae* vindicat *Serres* quoque parti *medullae oblongatae* vim ad stomachum attribuit quam functionem autem *Budje* [49]) *corporibus striatis* adscribere vult. Et *pyramidae* soli *Serres* vim ad respirationem inscribit.

b. Pons Varolii.

